

sive unitim, sive separatim; Sic expresse Gregorius XV, in dicta Constitutione incipiente: *Universi Domini gregis*, § 4, ibi: « Omnes hæreticæ pravitatis Inquisitores, et Locorum Ordinarios omnium Regnorum, Provinciarum, Civitatum, Dominiorum, et locorum universi Orbis Christiani in suis quemque Diocesisibus, et territoriis, per has nostras Literas, etiam private quo ad alios omnes specialiter, ac perpetuo Judices delegamus, ut supra his contra prædictos simul, vel separatim in omnibus prout in causis Fidei, » etc.

(64. Ad probandum enorme delictum sollicitationis admittuntur etiam testes singulares, concurrentibus tamen præsumptionibus, indiciis, et aliis adminiculis simul comprobantibus. Sic expresse Gregorius XV, in cit. Const., § 5, ibi: « Dantes etiam facultatem Venerab. Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus, ne delictum tam enorme, et Ecclesiæ Dei tam perniciosum ob probationum defectum impunitum remaneat, cum difficilis sit probationis, testibus etiam singularibus, concurrentibus præsumptionibus, indiciis, et aliis adminiculis delictum probatum esse arbitrio suo judicandi, et Curie Sæculari, uti præferatur, Reum tradendum esse pronunciandi. »

(63. Una tamen fœmina, quantumvis honesta, non facit sufficientem probationem ad capturam, et torturam, etiamsi concurrant alia indicia, nam tunc est consulenda Sacra Congregatio. Sic expresse rescripsit eadem Sacra suprema et universalis Inquisitionis S. Congregatio Vicario Generali Salernitano die 17 Jul. 1627, ut refert Pignatell., tom. 1, consul. 104, post num. 14, circa medium, his verbis: « Al Molto Reverendo Signore il Signor Vicario Generale di Salerno. Acchiocchè più fondatamente si proceda contro i sollicitanti in confessione, questa suprema Congregazione ordina, che per il detto di una sola Donna non venga a costituire il preteso Reo senza prima di darne qui avviso con relazione della qualità della Donna, del

CONFESSIO.

SUMMARIUM.

1. Confessiones Sacramentales factæ Sacerdoti actu non approbato sunt nullæ. — 2. Id valet etiam pro Confessione venialium et mortalium, quæ alias clavibus subjecta sunt. — 3. Comprehendit eos etiam qui privilegium Bullæ Cruciatæ obtinuerunt. — 4. De illis qui Confessionem Sacramentalem audiunt, cum ad Presbyteratum non fuerint promoti. — 5. De Confessionibus Cappuccinorum. — 6. Confessiones simultaneæ virorum et uxorum improbantur apud Græcos. — 7. 8. Quales circumstantiæ sint aperiendæ in Confessione. — 9. Per Confessionem factam cuilibet Sacerdoti ab Episcopo approbato satisfiit Canon *Omnis utriusque sexus*. — 10. Confessionis annuæ præceptum obligat, etiam non commissæ gravi culpa. — 11. Parochus si prudenter credere non possit parochiano suo asserenti Con-

(1. Confessiones Sacramentales factæ Sacerdoti actu non approbato ab Ordinario loci, et absolutiones impertitæ ab hujusmodi, nullæ declarantur a Benedicto XIV. Constitut. incip. *Apostolica Indulta*, § 2. Nemo

Denunciante e del Denunciato, e allora si scriverà a V. S. se debba, o no procedere a costituirlo, e carcerarlo. Sarà anche V. S. contenta di significare questo medesimo ordine a' Vescovi suoi Comprovinciali, acciocchè ancora da essi sia eseguito, e il Signor Iddio le conceda ogni bene. Rom. 17 Lugl. 1627. Il Card. Millino. » Sic apud Pignatell., loc. cit., ubi insuper tradit instructionem pro Muliere verecunda personaliter denunciare recusante, et multa refert, et docet ad rem per totam dictam consultationem 104, merito legendam.

(66. Circa sollicitationem attendenda est nunc novissima dispositio Benedicti XIV, felicitis record. incip., *Sacramentum Pœnitentiæ*, in qua confirmat, ampliat, et extendit supra allatam Constitutionem Gregorii XV, et reservat Papæ pro tempore absolutionem eorum, qui falso sacerdotes de sollicitatione accusant aut procurant, ut ab aliis falso accusetur.

(67. Sollicitantes ad turpia occasione Confessionis Sacramentalis, ultra alias pœnas perpetuam etiam inhabilitatem ad celebrationem Missæ incurrunt; ex decreto Sac. universalis Inquisitionis de mandato Benedicti XIV, edito die 5 Augusti 1743, ut in ejus Bullario, tom. 1, in Append., n. 8, pag. 46. Alia vide supra artic. 4, a n. 12, ubi plura ad rem.

(68. Sollicitatus nulla lege prohibetur, quominus ante denunciationem sollicitantis, illum occulte admoneat, ut sibi provident, sponte se offerendo Tribunali. Tenetur tamen etsi admonitus compareat, et sit ex corruptione emendatus, illum denunciare, ut ex propositionibus ab Alexandro VII damnatis eruitur. De Synod. Diœc. lib. 6, cap. 11, § 9, et 10 nov. edit.

(69. Præceptum denunciandi Confessarios sollicitantes ad turpia, et pœnæ aliæ huic sollicitationi indicatæ, non extenduntur ad alia crimina a re venerea diversa, ibi. § 14.

fessionem peregrisse, abstinere debet ab administranda eidem communione, etiam Paschali. — 12. Possunt Episcopi limitatam facultatem audiendi Confessiones dare Regularibus. — 13. In necessitate sufficit scientia minus quam mediocris pro approbatione. — 14. De Confessione facta laico in necessitate. — 15. Pœnitens interrogatus a Confessario de peccato non confesso potest jurare eum non commississe, nisi Confessarius juste interroget ad noscendum statum pœnitentis. — 16. Sacerdos conferens Sacramenta non tenetur præmittere Confessionem, sed sufficit contritio, quia non habetur lex eam præmittendi. — 17. Præceptum Tridentini: Quod si necessitate urgente, Sacerdos absque prævia confessione celebravit, quam primum confiteatur; intelligendum est, ut intra triduum confiteatur, nisi crastino die eadem necessitas urgetur.

enim unquam quodcumque privilegium obtinens audire potest Confessiones sæcularium absque approbatione Ordinarii; (2. idque valet etiam pro Confessionibus venialium et mortalium, quæ alias clavibus subjecta sunt.

(3. Id etiam comprehendit eos, qui privilegium Bullæ Cruciatæ obtinuerunt, ut ex Bulla Benedicti XIII, firmatur Institut. *Eccles.* 86, § 8.

(4. Confessionem Sacramentalem audientes, qui reperti fuerint ad Presbyteratum non promoti, Curie sæculari traduntur, etiam pro prima vice, prævia degradatione, si alium Ordinem habuerint: dummodo absolutionis formam protulerint, quam si non protulerint, mitiori pœna damnari possunt; idem Constitut. incip. *Sacerdos*, § 8.

(5. Confessiones Cappuccinorum Confessariis extraneis permittuntur, deficiente Confessario sui Ordinis; etiam quoad casus reservados, præstita obligatione se præsentandi; idem Constitut. incip. *Quod communi*. Vide verb. *Cappuccini*, n. 5.

(6. Confessiones simultaneæ virorum et uxorum apud Græcos improbantur; idem Const. incip. *Etsi*, § 5.

(7. In Confessione Sacramentali aperiendæ sunt circumstantiæ mutantæ speciem peccati; Concil. Trident. sess. 14, can. 7, ubi anathemate perstringit asserentes contrarium.

(8. Et probabilis aperiendæ sunt etiam circumstantiæ aggravantes; idem de Synodo Diœc. lib. 6, c. 5, n. 1, ex pluribus ibi adductis.

(9. Per Confessionem factam cuilibet Sacerdoti sæculari, vel regulari ab Episcopo approbato satisfieri Canon *Omnis utriusque sexus* ex Constitutionibus Clementis VIII, an. 1592, et Innocentii X, an. 1645, incip. *Exponi Nobis*, constat, de Synodo Diœc. l. 7, c. 44, § 4.

(10. Confessio is annuæ præceptum obligat, etiam non commissæ gravi culpa, ut quis se peccatorem saltem semel quotannis recognoscat, ut ex S. Thoma in 4 Sent. dist. 17, q. 5, A. C. quæstiunc. 3, Institut. *Eccles.* 18, § 4.

(11. Parochus quamvis plerumque credere debeat parochiano suo asserenti confessionem peregrisse, si tamen prudenter credere non possit asserenti, abstinere debet ab administranda eidem communione etiam Paschali, ut ex Roncaglia; Institut. *Eccles.* 45, § 15.

(12. Possunt Episcopi limitatam facultatem audiendi Confessiones dare Regularibus, etiamsi post examen idoneos illos repererint; Institut. *Eccles.* 86, § 9.

(13. In locis, ubi rarissimi sunt Sacerdotes, qui audiant Confessiones, sufficit ad eos approbandos scientia minus quam mediocris, ut ex Card. de Lugo, Institut. *Eccles.* 86, § 12.

(14. Quoad Confessionem factam laico in necessitate, dum non adest copia Sacerdotis de qua sermo fuit olim apud veteres Theologos, et etiam apud S. Thomam, recte docet eximius Pontifex, neminem ex veteribus illis

CONFIRMATIO.

SUMMARIUM.

ARTICULUS 1. — *Confirmatio quoad ejus esse, institutionem, materiam, et formam.*

1. Quid sit Confirmatio. — 2. Est de Fide, quod Confirmatio sit unum ex septem novæ Legis Sacra-

agnovisse, laicum esse verum ministrum hujus Sacramenti; sed eam Confessionem testimonium esse animi demissi et humiliati, ex quo magis flectitur Deus ad elargiendam uberiorem gratiam, qua quis ad contritionem et justificationem excitetur. Nihilominus tamen secius hanc nunquam fieri præstat, cum multis incommodis sit obnoxia: De Synodo Diœc. lib. 7, c. 15 per tot. ubi recte ex Decreto Clementis VIII illicitam esse et invalidam Confessionem factam Sacerdoti absentem notatur.

Alia ad rem, vide verb. *Pœnitent. Sacramentum*.

ADDITIONES CASINENSES.

(15. Pœnitens interrogatus a Confessario de peccato non confesso potest jurare non commississe, subintelligens illud: *quod confessum non sit*. Card. diss. 19, n. 118; Salm. n. 118, in fine et alii cum S. Alph. Lig. l. 3, tract. 2, n. 157, qui addit, hoc intelligendum esse, nisi Confessarius juste interroget ad noscendum statum pœnitentis ex prop. 58 dam. ab Innocent. XI.

(16. Juxta communem sententiam Sacerdos conferens Sacramenta non tenetur præmittere confessionem, excepto sacramento Eucharistiæ in cujus confectione ex Trident. præmittenda est; sed sufficit, quod eliciatur contritio. Sylvestr. verb. *Confessio* 1, § 2; Layman. 5, tit. 1, c. 5, n. 10; Nav. Sum. cap. 2, num. 6; Croix l. 6, p. 1, n. 92; Lig. l. 6, c. 2, n. 34. Quia ex Rituali romano de Sac. in genere sufficit pœnitere per contritionem, et Confessio est de convenientia, non de necessitate, tum quia in aliis sacramentis non habetur præceptum neque naturale, neque divinum, neque ecclesiasticum de præmittenda confessione; ut habetur in suscipienda eucharistia. Lig. l. c.

(17. Cum Tridentinum præcepit. « Quod si necessitate urgente Sacerdos absque prævia confessione celebravit, quam primum confiteatur. » Sess. 13, cap. 7, quæsitum quomodo illud *quam primum* intelligendum sit. Lig. lib. 6, n. 266, dixit sufficere, si Sacerdos intra triduum confiteatur, cum Lugo d. 14, n. 163. Dian., Tarvia, Candido et aliis multis; quia cum hoc præceptum sit tantum ecclesiasticum, non censetur Ecclesia velle ac illud obligare cum tanto rigore. Communiter tamen dicunt Lugo n. 162 et 163, Viva, Milante, Dian. etc., quod aliquando per accidens ex tali præcepto sacerdos ille teneretur confiteri eadem die, et forte eadem hora, puta si tunc confessarium haberet, quo postea per plures dies carebit, vel si cras eadem necessitas urgeret celebrandi nec posset confiteri. Lig. ibidem.

mentis a Christo institutum. — 3. Confirmatio est Sacramentum a Baptismo distinctum. — 4. Confirmationis Sacramentum fuit institutum a Christo in nocte Cœnæ Domini. — 5. Materia remota Sacramenti Confirmationis est Chrisma confectum ex oleo olivarum, et balsamo simul consecratum ab Epi-

scopo. — 6. Mixtura balsami nunquam omittenda est. — 7. Mixturam balsami in Sacramento Confirmationis esse de necessitate præcepti, omnes fatentur. — 8. An sit autem etiam de necessitate Sacramenti, seu essentialiter requisita ad validitatem Sacramenti, duplex est Auctorum sententia: una affirmativa, et altera negativa; at prima Affirmativa tamquam tutior est tenenda, usque ad n. 10. — 11. Materia proxima Confirmationis est unctio cum Chrismate facta in modum Crucis in fronte confirmandi, usque ad num. 12. — 13. Adducitur instantia, et solvitur, usque ad n. 17. — 18. Forma consuetata Sacramenti Confirmationis in Ecclesia latina est ista: *Signo te signo Crucis, et confirmo te Chrismate salutis, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.* — 19. Omnia verba hujus formæ sunt necessaria necessitate præcepti in Ecclesia Latina. — 20. ad n. 25. Immo verba supra dicta, vel iis æquivalentia sunt etiam necessaria necessitate Sacramenti.

ARTICULUS II. — *Quoad ea, quæ concernunt Ministrum, et subjectum Confirmationis.*

1. Minister ordinarius Sacramenti Confirmationis est solus Episcopus. — 2. Omnis Episcopus, etiam excommunicatus, hæreticus, vel degradatus valide potest conferre Sacramentum Confirmationis. — 3. Episcopus etiam valide confirmat, quamvis non sit confirmatus. — 4. Minister extraordinarius Confirmationis etiam potest esse simplex Sacerdos ex speciali commissione, et delegatione Summi Pontificis. — 5. Et de facto talem facultatem concesserunt varii Summi Pontifices variis Religiosis. — 6. Talis autem facultas non solet concedi, nisi ex urgentissimis causis. — 7. Episcopus non potest in alterius Diocesi confirmare suos subditos, vel Pontificales actus exercere absque licentia Episcopi Diocæsani sub pena suspensionis ab exercitio Pontificalium. — 8. Nec in Diocesi vere nullius. — 9. Immo neque potest Archiepiscopus in Diocesi Suffraganei. — 10. Quinimmo, nec in propria Diocesi potest Episcopus licite ministrare Confirmationis Sacramentum personis alterius Diocæsani absque consensu Episcopi Confirmatorum. — 11. Nec desunt Auctores, qui dicant, quod Episcopus aliter faciens suspensionem incurrat. — 12. Barbosa tamen cum variis aliis existimat talem Episcopum a suspensione, et culpa excusari. — 13. Episcopi vero attentionem talem usum confirmandi non subditos sine facultate suorum Ordinariorum non admittunt. — 14. Et in tali casu, si Episcopus expresse declararet, ut fecit Episcopus Fesulanus, nolle, neque intendere confirmare alienos Diocæsanos, qui suorum Ordinariorum licentiam non habebant, tunc ipsi essent invalide confirmati. — 15. Ad viciniorum Episcopum spectat conferre Chrisma, consecrare Aras, vel Altaria portatilia, Sede vacante, et Vicarius Capitularis procurare debet, ut illi subministretur victus conveniens, et eorum expensæ. — 16. Vicinior Episcopus dicitur ille, cujus Cathedralis est proximior Cathedrali vacanti, licet forte alius esset vicinior loco habitationis impetrantis. — 17. Sic etiam in locis exemptis, et in Abbatibus, quæ vere Nullius sunt, Chrisma ministrare pertinet ad Episcopum viciniorum, seu in cuius Diocesi sita est Abbatia. — 18. Episcopus in Parochialibus Monachorum exemptorum potest administrare Sacramentum Confirmationis in vitis ipsis Regularibus, et contra eos hujusmodi administrationem impediens Censuris procedere. — 19. Abbas, si tentet conferre Sacramentum Confirmationis, nihil agit, non obstantibus privilegiis obtentis ante Conc. Trid. — 20. Abbas qui vere est Nullius, et habet Territorium separatum faciens propriam, et distinctam Diocesium, convocare potest quemcumque maluerit Catholicum Antistitem ad Sacramentum Confirmationis ministrandum. — 21. Non potest Episcopus, nec Archiepiscopus, nec Pa-

triarcha in locis alienæ Diocæsani, ubi liquas habet Ecclesias sibi immediate subjectas, licentiam concedere extraneo Episcopo administrandi Sacramentum Confirmationis, et Ordinis, nec Pontificalia munia exercendi absque licentia illius Episcopi, in cuius Diocesi locus est constitutus. — 22. Si Episcopus sit Commendatarius Abbatie Nullius, non potest ibi illius subditis Ordines conferre, vel Synodum aut Concursum facere, sed bene Confirmationis Sacramentum administrare, Altaria, et Cappellas consecrare, aliaque Pontificalia exercere. — 23. Episcopus alienus Sacramentum Confirmationis administrans debet ab Episcopo Diocæsano provideri. — 24. Quando Ordinarius vadit per Diocesium extra visitationis occasionem, licet ad consecrandam, vel reconciliandam Ecclesiam, vel Sacramentum Confirmationis ministrandum, neminem cogere potest ad subministrandas expensas, neque pro equis neque pro victualibus. — 25. Episcopus enim proprius non potest pro Sacramento Confirmationis ministrando procuracionem recipere. — 26. Immo Episcopi quantum ad hoc neque jvantur consuetudine, quæ corruptela est, usque ad n. 28. — 29. Unde Episcopus, nedum nihil potest exigere pro administratione Sacramenti Confirmationis, sed et si aliquid exegerit, tenetur restituere. — 30. Quod procedit, nedum quoad Episcopos Confirmantes, sed etiam quoad Vicarios, Cancellarios, aliosque familiares. — 31. Subjectum capax Confirmationis valide recipiendæ est omnis homo Baptizatus, et nondum confirmatus. — 32. Confirmandus debet esse baptizatus. — 33. Confirmandus nondum debet esse confirmatus. — 34. Non tamen permittens se bis confirmari; nec bis confirmans eundem, fit irregularis. — 35. Infantes, quamvis valide possunt confirmari ante usum rationis, non tamen licite. — 36. Sacramentum Confirmationis potest licite conferri amentibus, et furiosis, etiamsi fuerint perpetuo tales. — 37. Muti possunt licite confirmari, etiamsi fuerint a natiuitate tales. — 38. Possunt etiam confirmari licite infirmi morti proximi. — 39. In adultis, ut valide confirmentur, requiritur intentio saltem habitualis Confirmationem recipiendi; in Infantibus vero, et perpetuo amentibus nulla requiritur intentio. — 40. In adultis ad licite recipiendam Confirmationem requiritur status gratiæ. — 41. Non requiritur tamen, ut recipiant Confirmationem jejuni. — 42. Confirmationis administratio delegari potest simpliciter Sacerdoti. — 43. Sed adhiberi debet Chrisma ab Episcopo benedictum. — 44 ad 46. De Confirmationis Sacramento ab Episcopis Italo-Græcis administrato. — 47. Quid dicendum, si Episcopus Latinus ordinet aliquem Græcum ab Episcopo Græco baptizatum, de quo non constat fuisse Chrismate consignatum. — 48 ad 55. Ubi Sacramentum Confirmationis conferri possit ante usum rationis. — 54. Conferri non debet pueris parum instructis in doctrina Christiana. — 55. Tale Sacramentum ministrare potest Episcopus in Ecclesiis Regularium. — 56. Sacramentum Confirmationis conferri potest a P. Guardiano Sepulcri Ord. Min. Obs. — 57. Et a Græcis Sacerdotibus. — 58. Ac ab Abbatibus Cryptæ Ferratæ. — 59 ad 62. Quando infantes valide possint confirmari ante usum rationis. — 63. *Abbatibus Sac. Casinensis Cœnobii et SS. Trinitatis Cavensis Sacramentum Confirmationis conferre possunt; et quonam pacto.

ARTICULUS III. — *Quoad ea quæ concernunt Confirmationis necessitatem, effectum, Patrinum, et Cæremónias.*

1. Licet Sacramentum Confirmationis non sit necessarium ad salutem, neque necessitate medii, neque necessitate præcepti, est tamen necessarium, ut non contemnatur. — 2. Unde in praxi serio admonendi sunt fideles, ne Confirmationem suscipere negligant, præsertim oblata commoditate. — 3. Tenentur tamen hoc Sacramentum prius recipere

omnes, qui volunt ad primam Tonsuram et ad Ordines admitti. — 4. Suscipientes autem primam Tonsuram, et Ordines ante Confirmationem non peccant graviter, si citra contemptum id faciant. — 5. Immo neque Episcopus ordinans nondum confirmatum peccat graviter, si citra contemptum id faciat. Observa tamen Decretum Sacræ Congreg. Concil. — 6. Effectus Confirmationis est triplex. Primus est augmentum gratiæ habitualis, et jus ad gratias actuales roborativas ad fidem fortiter profitemdam. — 7. Secundus effectus est Character, quo confirmatus signatur ut miles intra militiam Christi ad Fidem cum robore propugnandam. — 8. Tertius effectus est Cognatio Spiritualis. — 9. Patrinus requiritur in Confirmatione, ut confirmandum teneat. — 10. Et quidem sub culpa gravi. — 11. Patrinus in Confirmatione non debet esse nisi unus solus, vel una sola. — 12. Affertur, et solvitur instantia, usque ad n. 13. — 14. Patrinus in Confirmatione debet esse distinctus a Patino Baptismi extra casum necessitatis. — 15. Unus Patrinus non potest tenere ultra duos eadem die Confirmationis. — 16. Ubi tamen facile non possent haberi plures, qui inservirent pro diversorum Patrinis, tunc posset unus etiam eadem die esse Patrinus plurium. — 17. Patrinus confirmandi debet esse confirmatus. — 18. Hinc non confirmatus, si fieret in Confirmatione Patrinus extra necessitatem, graviter peccaret. — 19. Immo non confirmatus invalide obiret munus Patrini, adeoque probabiliter non contraheret cognationem spirituales. — 20. Patrinus debet secundum usum Ecclesiæ, et ritum Pontificalis Romani esse ejusdem sexus, cujus est confirmandus. — 21. Cæremóniæ omnes, quæ antecedunt, comitantur, et sequuntur

ARTICULUS I.

Confirmatio quoad ejus esse institutionem, materiam et formam.

(1. Confirmatio est Sacramentum, quo homo viator baptizatus inungitur in fronte ab Episcopo cum Chrismate, et præscripta verborum forma ad fidei roborem consequendum. (2. *Est in re communis.* Est de fide, quod Confirmatio sit unum ex septem Sacramentis a Christo Domino institutum. Sic definitum est in Concilio Florentino in decreto de unione Armenorum § *Secundum*, ibi: « Secundum Sacramentum est Confirmatio, cujus materia est Chrisma confectum ex oleo (quod nitorem significat conscientiæ) et balsamo (quod odorem significat bonæ famæ) per Episcopum benedictum. » Et in Concilio Tridentino sess. 7 de Sacramentis in genere can. 1, ibi: « Si quis dixerit Sacramenta novæ legis non fuisse omnia a Jesu Christo Domino Nostro instituta, aut esse plura, vel pauciora, quam septem; videlicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem, et Matrimonium; aut etiam aliquod horum septem non esse vere, et proprie Sacramentum, anathema sit, » et Canon. 1 de Confirmatione, ibi: « Si quis dixerit Confirmationem Baptizatorum otiosam cæremóniam esse, et non potius verum, et proprium

(1) Sacrum Chrisma eo die conficitur, non quod in nocte cœnæ institutum a Christo fuerit hoc Sacramentum, sed quod, inquit S. Thomas in 3 part. quæst. 72, art. 12, ad 5. sicut ex Concilio Martini Papæ (nempe Martini Episc. Braecarenensis cap. 2.) habetur, « omni tempore licebat Chrisma conficere, sed quia solemnissimus Baptismus, ad quem requiritur

Confirmationem, distincte referuntur a Bellarmino, etc. — 22. Confirmatio debet administrari ab Episcopo cum pluviali, Mitra, Stola et Baculo Pastoralis. — 23. Quamvis Sacramentum Confirmationis debeat administrari in Ecclesia, quantum commode fieri potest, tamen simpliciter loquendo, potest Episcopus illud conferre in quovis loco decenti. — 24. Monialibus tamen ministratur ad fenestrellam Communionis, unde propterea non datur licentia egressus, vel ingressus. — 25. Episcopus potest confirmationem conferre in die feriali etiam post meridiem, quamvis non jejunos, et ipse, et suscipiens. — 26. Episcopus potest conferre Confirmationem etiam tempore interdicti, et in loco interdicto. — 27. Episcopus debet propria manu ungere Chrismate consecrato confirmandum in fronte. — 28. Confirmationis Sacramentum immediate manu Episcopi est conferendum. — 29. Inungitur confirmandus in fronte ad indicandum hujus Sacramenti effectum, qui est gratia collata ad audacter profitemdam Christi Fidem. — 30. Frons Confirmati aliquo panno albo circumcingitur, ne recens unctio defluat, aut deleatur; in hoc tamen est servanda ejusque loci consuetudo. — 31. Percutitur alapa ab Episcopo maxilla Confirmati, ad hoc ut Confirmatus intelligat se roborari hoc Sacramento ad fortiter, et invicte tolerandas injurias, et imminetia subeunda pericula propter Fidem Christi, et recordetur hujus Sacramenti suscepti. — 32. Omissio alapæ non est peccatum mortale, si citra contemptum omittatur. — 33 ad n. 35. Pauca alia de Confirmatione ex Supplemento. — 36. Pro complemento afferuntur instructiones editæ 22 Maii 1622.

Sacramentum, aut olim nihil aliud fuisse, quam Catechesim quamdam, qua adolescentiæ proximi Fidei suæ rationem coram Ecclesia exponerent, anathema sit. » Et hæc veritas deducitur ex Sacra Scriptura Actor. 8, ibi: « Tunc imponebant manus super illos, et accipiebant Spiritum Sanctum, » ibi Eugenius IV in cit. Conc. Florent. per manus impositionem, Chrismatis unctionem et per accipere Spiritum Sanctum intelligit donum gratiæ sanctificantis. (3. Ex quo loco etiam evidenter colligitur, Confirmationem esse Sacramentum a Baptismo distinctum; dicit enim ibi Sacer textus de Apostolis loquens: « Qui cum venissent, oraverunt pro ipsis ut acciperent Spiritum Sanctum. Nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Jesu. » (4. Confirmationis Sacramentum fuit institutum a Christo in nocte Cœnæ Domini, unde promanavit consuetudo Sacrum Chrisma conficiendi in die Cœnæ Domini, quæ quidem in Ecclesia semper observata fuit, et adhuc observatur (1): Est communior, et probabilior Doctorum sententia, et hanc sententiam expresse tradidit Fabianus Papa, Epistola 2, c. 1 ad Orientales ibi: « In illa die Dominus Jesus, postquam cœnavit cum discipulis suis, et lavit eorum pedes, sicut a Sanctis Apostolis prædecessores nostri acceperunt, nobisque reliquerunt,

usus Chrismatis, in vigilia Paschæ celebratur, congrue ordinatum est, ut per biduum ante ab Episcopo Chrisma benedicatur (eo enim in solemnibus baptismalibus aquæ benedictione Ecclesiastici ministri uti debent), ut possit per Diocesium destinari. » (Edit. Barbiell.)